Dicebat illi præterea Abisalom, Utinam constituerer judex in terra, & ad me veniret quicunque litem habet vel petitionem: sanè ju- 4 stum pronuntiarem illum. Et cùm surgeret 5 homo ille ut adoraret eum, apprehendebat manum ejus, & osculabatur eum. Atque ita 6 faciebat Abisalom cunctis Israelitis venientibus ad litigandum coram rege: abduxítq; Abisalom cor omnium filiorum Israel. Demū 7 post quatuor annos dixit Abisalom regi, Abeam *rogo* solutum vota mea quæ vovi Dño in Hebron: Votū enim voverat serv⁹ tuus dum 8 manerē in Gessur et in Edom, Si omnino reduceret me Dñs in Jerusalem, adoraturū me Dominum. Ait illi rex, Vade in pace: qui sur- 9 gens abiit in Hebron. Misit autem Abisalom 10 exploratores p omnes trib⁹ Israelis hisce mandatis; Cùm audieritis sonum buccinæ, dicite; Regnavit Abisalom in Hebron. Unà cum 11 Abisalome abierant ducenti viri ex Jerusalem: abierant verò simpliciter, nullius rei conscii. Misit quoque Abisalom ad Ahito- 12 phel Galionitam consiliarium regis Davidis, & adduxit eum è civitate sua, è Galio, dum mactaret victimam: denique magis magísque proficiebat & invalescebat, populo vehementer augescente penes Abisalomem. Tum venit nuntius ad Davidem, & dixit ei, 13 Conspiravit cor filiorum Israel cum Abisalome. Quamobrem dixit David omnibus 14 servis suis qui secum erant in Jerusalem, Surgite, fugiamus, ne fortè nequeamus evadere à conspectu Abisalomis: festinanter abeamus, ne fortè properans apprehendat nos, & impellat in nos malum, urbémque acie gladii percutiat. Dixerunt servi regis ad regem, 15 Quicquid volueris domine noster rex, ita facturi sunt servi tui. Egressus est itaque rex 16 cum tota familia sua, & reliquit rex decem fœminas concubinas ut custodirent domum suam. Egressus est inquam rex totúsque po- 17 pulus post vestigia ejus, & steterunt procul: Omnibus etiam servis ejus transeuntibus se- 18 cus eum; & omnibus nobilibus, cunctísque militibus ejus, & omnibus Gethæis qui secuti fuerant vestigia ejus è Geth, coram rege transeuntibus;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 5 * فيقول لابيسالوم ليت لو صرت لنا قاضيا على الارض * وكان كل رجل ياتي الي حصومة فاذا
قام الرجل ليسجد له * كان ابيسالوم يمسك بيده ويقبلها * وكان هذا صنيع ابيسالوم 6
بجميع بني اسرايل الذين كانوا ياتون الملك ليقتضوا بين يديه * فاصغي الي ابيسالوم
قلوب جميع بني اسرايل * ومن بعد اربعة سنين قال ابيسالوم للملك * اني اريد ان انطلق 7
فاقضي نذرا علي بحبران * لان عبدك نذر نذرا حيث كنت بجاسور وادوم * وقلت ان 8
ردني الله الي اورشليم اعبد الرب بحبران * قال له الملك * انطلق بسلام * فقام انطلق الي 9
حبران * وارسل ابيسالوم جواسيس الي جميع اسباط بني اسرايل * وامرهم وقال * اذا سمعتم صوت 10
السافور فقولوا ان ابيسالوم قد ملك بحبران * وكان قد انصرف مع ابيسالوم مايتا رجل * 11
وانطلقوا معه من غير ان يعلموا ما في نفسه * وارسل ابيسالوم الي احيتوفال وزير داود الجلواني * 12
واخذه من قريته من جيلو وهو يذبح ذبيحة لله * وكثر الذين جاوا الي ابيسالوم * واشتدت
الفتنه جدا وكثر الشعب الذي مع ابيسالوم * فجاوا المخبرون الي داود وقالوا له * قد صفت 13
قلوب جميع بني اسرايل لابيسالوم * واحبوه ليملك * فقال داود لجميع عبيده * قوموا بنا 14
نهرب قبل ان يدركنا ابيسالوم * ولا نقدر ان ننجوا منه * اهربوا بنا سريعا قبل ان يعجل
علينا ويدركنا وينزل بنا البلا * ويقتل كل من في قريتنا بالسيف * قال عبيد الملك للملك * 15
ما احببت ايها الملك سيدنا هكذا تصنع عبيدك * فنزل الملك في قصره عشر من 16
السراري ليحفظن بيته * وخرج الملك وجميع الشعب معه * وقام الملك خارج القرية لينظر 17
الي جميع عبيده كيف يجوزون * ومر به جميع عبيده وجميع اجناده * وجميع احراره * وجميع 18
الجاثيين الذين اتوه خرجوا معه *

Respondebat ille Abisalomi, O utinam esses nobis judex super terram. Ad hæc 4 5 quoties veniebat aliquis ad causam dicendam, cùm surgeret homo iste ut adoraret eum, prehensabat Abisalom manum ejus, & osculabatur eam. Cúmque hoc 6 modo se gereret Abisalom cum omnibus Israelitis qui accedebant ad regem causam dicturi apud eum, inclinârunt ad Abisalomem corda omnium Israelitarum. Post annos quatuor dixit Abisalom ad 7 regem, Equidem abire cupio votum quo teneor, solutum in Hebron. Nam servus 8 tuus votum voverat dum essem in Gessur & Edom, ac dixeram; Si reduxerit me Deus ad Jerusalem, adorabo Dominum in Hebron. Cui dicente rege, Vade in pace, 9 surgens profectus est in Hebron. Misit 10 autem Abisalom exploratores ad omnes tribus filiorum Israel, & præcipiens ac dixit; Statim atque audieritis vocem tubæ, dicite; Jam regnavit Abisalom in Hebron. Porrò cum Abisalome abierant 11 ducenti viri, qui cum eo profecti fuerant ignorantes quod habebat in animo. Deinde misit Abisalom ad Achithophelem con- 12 siliarium Davidis Galonitem, sumpsitque eum è civitate ipsius, è Gilo, dum offerret sacrificium Deo: & crescebant qui confluebant ad Abisalomem, multúmque invalescebat conspiratio; multiplicabatur enim populus cum Abisalome. Et vene- 13 runt nuntii ad Davidem, & dixerunt ei; Jam sincera facta sunt corda omnium Israelitarum erga Abisalomem ipsúmq; regnare volunt. Tum ait David omni- 14 bus servis suis, Surgite fugiamus antequam assequatur nos Abisalom, nec possimus eripere nos ab eo: fugiamus celeriter antequam præoccupet nos, & apprehendat nos, inferátque nobis calamitatem, et occidat omnes qui sunt in civitate nostra, gladio. Dixerunt servi regis ad 15 regem, Quod libuerit O rex domine noster, ita facient servi tui. Cùm ergò ma- 16 nere jussisset rex in palatio suo decem è concubinis ut custodirent domum suam, Egressus est rex totúsque cum eo popu- 17 lus, stetitque rex extra civitatem ut videret quemodò transirent omnes servi sui. Et cùm transissent juxta eum o- 18 mnes servi ipsius, & omnes milites ejus, omnésque nobiles ipsius; & omnes Gethæi qui venerant ad eum, egressi essent cum ipso;

Versio VUL. LAT.

19 Dixit autē rex ad Ethai Gethæum; Cur venis nobiscū? revertere, et habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. 20 Herì venisti, & hodiè compellêris nobiscū egredi? ego autem vadam quò iturus sum: revertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. 21 Et respondit Ethai regi, dicens; Vivit Dominus, & vivit domin⁹ meus rex: quoniam in quocunq; loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit serv⁹ tuus. 22 Et ait David Ethai; Veni, & transi. Et transivit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. 23 Omnesq; flebant voce magnâ, & universus popul⁹ transibat: rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum. 24 Venit autē & Sadoc sacerdos, et universi Levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate. 25 Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in urbem: si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. 26 Si autem dixerit mihi, Non places: præstò sum, faciat quod bonum est coram se. 27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdotē, O Videns revertere in civitatem in pace: & Achimaas filius tu⁹, & Jonathas fili⁹ Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum. 28 Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis indicans mihi. 29 Reportaverunt ergò Sadoc & Abiathar arcã Dei in Jerusalem: & manserunt ibi. 30 Porrò David ascendebat clivum Olivarum, scandens & flens, nudis pedib⁹ incedens, & operto capite: sed & omnis popul⁹, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. 31 Nuntiatum est autē David, quòd & Achitophel esset in conjuratione cum Absalom: dixitq; David; Infatua, quæso, Domine, consiliũ Achitophel. 32 Cúmq; ascenderet David summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissâ veste, & terrâ pleno capite.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

19 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς (δ) Ἐθὶ τὸν Γεθαῖον, Ἵνα τί πορεύῃ καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν; ἐπίστρεφε, καὶ οἴκει μετὰ τοῦ βασιλέως, ὅτι ξένος εἶ σὺ, καὶ ὅτι μετῴκηκας σὺ ἐκ τοῦ τόπου σου. 20 Εἰ ἐχθὲς παραγέγονας, καὶ σήμερον κινήσω σε μεθ' (ε) ἡμῶν; καί γε μεταναστήσεις τὸν τόπον σου. ἐχθὲς ἡ ἐξέλευσίς σου, καὶ σήμερον μετακινήσω σε μεθ' ἡμῶν τοῦ πορευθῆναι; καὶ ἐγὼ πορεύσομαι οὗ ἐὰν ἐγὼ πορευθῶ. ἀπόστρεφε καὶ ἐπίστρεψον τοὺς ἀδελφούς σου μετὰ σοῦ, καὶ κύριος ποιήσει μετὰ σοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθειαν. 21 Καὶ ἀπεκρίθη (ζ) Ἐθὶ τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶπε, Ζῇ κύριος καὶ ζῇ ὁ κύριός μου ὁ βασιλεὺς, ὅτι εἰς τὸν τόπον οὗ (η) ἐὰν ᾖ ὁ κύριός (θ) μου, καὶ ἐὰν εἰς θάνατον καὶ ἐὰν εἰς ζωὴν, ὅτι ἐκεῖ ἔσται ὁ δοῦλός σου. 22 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς (ι) Ἐθὶ, Δεῦρο, καὶ (κ) διάβαινε μετ' ἐμοῦ. καὶ παρῆλθεν (λ) Ἐθὶ ὁ Γεθαῖος καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ὁ μετ' αὐτοῦ. 23 Καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἔκλαιε φωνῇ μεγάλῃ. καὶ πᾶς ὁ λαὸς (μ) παρεπορεύοντο ἐν τῷ χειμάρρῳ τῶν Κέδρων· καὶ ὁ βασιλεὺς διέβη τὸν χειμάρρουν Κέδρων. καὶ πᾶς ὁ λαὸς καὶ ὁ βασιλεὺς παρεπορεύοντο ἐπὶ πρόσωπον ὁδοῦ τὴν ἔρημον. 24 Καὶ ἰδοὺ καί γε (ν) Σαδὼκ καὶ πάντες οἱ Λευῖται μετ' αὐτοῦ, αἴροντες τὴν κιβωτὸν διαθήκης κυρίου ἀπὸ Βαιθάρ. καὶ ἔστησαν τὴν κιβωτὸν τοῦ θεοῦ. καὶ ἀνέβη Ἀβιάθαρ ἕως ἐπαύσατο πᾶς ὁ λαὸς παρελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως. 25 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς (ξ) πρὸς τὸν Σαδὼκ, Ἀπόστρεψον τὴν κιβωτὸν τοῦ θεοῦ εἰς τὴν (ο) πόλιν. ἐὰν εὕρω χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου, καὶ ἐπιστρέψει με, καὶ (π) δείξει μοι αὐτὴν καὶ τὴν εὐπρέπειαν αὐτῆς. 26 Καὶ ἐὰν εἴπῃ οὕτως, Οὐκ ἠθέληκα ἐν σοὶ, ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ποιείτω μοι κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. 27 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ Σαδὼκ τῷ ἱερεῖ, Ἴδετε, σὺ ἐπιστρέφεις εἰς τὴν πόλιν ἐν εἰρήνῃ, καὶ Ἀχιμάας ὁ υἱός σου, καὶ Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς Ἀβιάθαρ οἱ 28 δύο (ρ) υἱοὶ ὑμῶν μεθ' ὑμῶν. Ἴδετε, ἐγώ εἰμι στρατεύομαι ἐν Ἀραβὼθ τῆς ἐρήμου, ἕως τοῦ ἐλθεῖν 29 ῥῆμα παρ' ὑμῶν τοῦ ἀπαγγεῖλαί μοι. Καὶ (σ) ἀπέστρεψε Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ τὴν κιβωτὸν τοῦ θεοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκάθισεν ἐκεῖ. 30 Καὶ Δαυὶδ ἀνέβαινε (τ) ἐν τῇ ἀναβάσει τῶν ἐλαιῶν ἀναβαίνων καὶ κλαίων, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπικεκαλυμμένος, καὶ αὐτὸς ἐπορεύετο ἀνυπόδετος. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὁ μετ' αὐτοῦ ἐπεκάλυψεν ἀνὴρ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ ἀνέβαινον ἀναβαίνοντες καὶ κλαίοντες. 31 (υ) Καὶ ἀνηγγέλη Δαυὶδ, λέγοντες, Καὶ Ἀχιτόφελ ἐν τοῖς συστρεφομένοις μετὰ Ἀβεσσαλώμ. καὶ εἶπε Δαυὶδ, Διασκέδασον δὴ τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ, κύριε ὁ θεός μου. 32 Καὶ ἦν Δαυὶδ (φ) ἐρχόμενος ἕως τοῦ (χ) Ῥὼς, οὗ προσεκύνησεν ἐκεῖ τῷ θεῷ. καὶ ἰδοὺ εἰς (ψ) ἀπαντὴν αὐτῷ Χουσὶ ὁ ἀρχιεταῖρος Δαυὶδ διερρηχὼς (ω) τὸν χιτῶνα αὐτοῦ, καὶ γῆ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ.

19 Et dixit rex ad Ethi Getheum, Ut quid vadis & tu nobiscum? Reverte, & habita cum rege: quoniam peregrinus es tu, et quoniã transmigrâsti tu de loco tuo. 20 Si heri advenisti; (i) & hodiè movebo te nobiscum? et etiã mutabis rursus locum tuum. Heri exitus tuus: & hodiè transmovebo te nobiscum ad eundum? Et ego ibo, quocunq; ivero. Revertere, & reduc fratres tuos tecum: & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem. 21 Et Ethi respondit regi, & dixit; Vivit Domin⁹, (k) & vivit domin⁹ me⁹ rex, quòd in loco, ubicunq; fuerit domin⁹ meus, et si ad mortem, et si ad vitam, quia ibi erit serv⁹ tu⁹. 22 Et dixit rex ad Ethi; Veni, & transcende mecum. Et transivit Ethi Getheus, & rex, & omnes pueri ejus, & omnis turba, quæ cum eo. 23 Et universa terra plorabat voce magnâ. (l) Et universus populus præteribant in torrente Cedron. Et rex transcendit torrentem Cedron. Et universus populus & rex præteribant ad (m) faciem viæ, quæ desertum. 24 Et ecce etiam Sadoc, & omnes Levitæ cum eo levantes arcã testamenti Domini de (n) Bæthar. Et statuerũt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, quoadusq; cessavit universus populus transire de civitate. 25 Et dixit rex ad Sadoc; Reduc arcam Dei in civitatem. Si invenero gratiã in oculis Domini; & reducet me, & ostendet mihi eam, & decorē ejus. 26 Et, si dixerit sic, Non volui in te; ecce ego sum: faciat mihi juxta id quod bonum in oculis suis. 27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdoti, (o) Videte: tu revertere in civitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Jonathan filius Abiathar, duo filii vestri vobiscum. 28 Videte: ego quidem (p) castra facio in Araboth deserti quoadusque veniat verbũ à vobis ad annunciandũ mihi. 29 Et reduxit Sadoc, & Abiathar, arcam Dei, in Hierusalem, & (q) sedit ibi. 30 Et David ascendit in ascensione Olivarum, ascendens, & plorans, et caput adopertus: et ipse ibat discalceatus. Et universus populus, qui cum eo, adoperuit vir caput suum: Et ascenderunt ascendentes, et plorantes. 31 Et annunciatum est David, dicentes; Et Achitophel in iis, qui conglobantur cum Abessalom. Et dixit David; (r) Dissipa nunc consilium Achitophel, Domine Deus mi. 32 Et fuit David pergens usq; (ſ) Rhos, ubi adoravit illìc Deum. Et ecce in obviã ei Chusi (t) princeps amic⁹ David discissus tunicam suam: & terra super caput ejus.

MS. A. (δ) Ἐθθεὶ τὸν Γεθθαῖον, (ε) ἡμῶν τοῦ πορευθῆναι; καὶ ἐγὼ πορεύσομαι ἐφ' οὗ ἂν πορευθῶ. ἐπίστρεφε (ζ) Ἐθθεὶ (η) ἂν (θ) μου ὁ βασιλεὺς, καὶ (ι) Ἐθθεὶ, (κ) διάβαι (λ) Ἐθθεὶ ὁ Γεθθαῖος, καὶ πάντες (μ) παρεπορεύοντο, καὶ ὁ βασιλεὺς παρερχόμενος ἐν τῷ χειμάρρῳ τῶν Κέδρων. καὶ πᾶς ὁ λαὸς παρεπορεύοντο ἐπὶ (ν) Σαδδὼκ (ξ) τῷ Σαδδὼκ, (ο) πόλιν, καὶ καθισάτω εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. ἐὰν (π) δείξῃ αὐτήν (ρ) Δαυὶδ ἀνηγγέλη, λέγοντες, Ἀχιτόφελ (φ) εἰσερχόμενος (χ) Ῥὼς, (ψ) ἀπάντησιν (ω) τὰ ἱμάτια αὐτοῦ,

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

19 Et dixit rex ad Ithai Githæum: Ad quid venies etiam tu nobiscum? redi & sede cum rege, quia alienigena tu & etiam *si* migrans tu; vade tibi ad locum tuum. 20 Heri venisti & hodie tollam te nobiscum ut venias? & ego ibo ad locum quem non cognovi quò ego vado: redi & reduc fratres tuos tecum, & fac cum illis benignitatem & veritatem. 21 Et respondit Ithai ad regem, & dixit: Permanet ipse Dominus & vivit dominus meus rex, nisi in loco in quo erit ibi dominus meus sive ad mortem sive ad vitam, quòd ibi erit servus tuus. 22 Et dixit David ad Ithai, Vade *&* transi: & transivit Ithai Githæus & omnes viri ejus, & omnes parvuli qui erant cum illo. 23 Et omnes habitatores terræ plorabant voce magna, & omnis populus transibant, & rex transibat per torrentem Kedron, & omnis populus transibant super facies viæ deserti. 24 Et ecce etiam Szadok & omnes Levitæ cum illo ferentes arcam fœderis Dñi, statuerunt arcam Dñi: & ascendit Abiathar quousque perfecit omnis populus transire ex urbe. 25 Et dixit rex ad Szadok, Reduc arcam Domini ad urbem: si invenero misericordias ante Dñm *&* reducet me, & videre faciet me ante se, & serviam ante eum in domo sanctuarii ejus. 26 Et si sic dixerit, non est voluntas ante me in te, ecce ego; faciet mihi secundùm quod est voluntas ante eum. 27 Et dixit rex ad Szadok sacerdotem, Vides tu? redeas ad urbem in pace, & Ahhimaghasz filius tuus & Jehonathan filius Abiathar duo filii vestri sint vobiscum. 28 Videte quòd ego commoror in planiciebus deserti usq; quo accedat verbum ex vobis ad indicandum mihi. 29 Et reduxit Szadok & Abiathar arcam Dñi in Jerusalem, & sederunt ibi. 30 Et David ascendit in ascensione montis olivarum ascendens, & plorans, & caput ej⁹ opertum, & ipse discalciat⁹, & omnis populus qui erat cum illo operuerunt quisq; caput suum, & ascenderunt ascendendo & plorabant. 31 Et ipsi David indicatum est dicendo: Ahhithophel est in rebellibus cum Absalom, & dixit David: Infatua quæso consilium Ahhitophel Dñe. 32 Et pervenit David usq; ad caput montium ubi adoravit ibi ante Dñm, & ecce fit in occursum ejus Hhussai Archæ ruptis vestibus suis & pulvere injecto in capite suo:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 Dixit rex ad Athi Gethæum, Quarè tu quoq; proficiscerêre nobiscum? siste à *sequendo* rege, quandoquidem peregrinus es, & exul commigrâsti è patria tua. 20 Herì venisti, & hodiè turbaremus te ad eundum nobiscum? ego quidem ibo quocunque me abire *contigerit*: maneto & fratribus tuis commodam habitationem curato. 21 Respondens Athi dixit ad regem, Vivit Dominus, & vivit anima tua rex, nonnisi ubi fuerit dominus meus rex, sive ad mortem, sive ad vitam, nonnisi illic erit servus tuus. 22 Tum dixit rex ad Athi, Transi & abi; transivítque Athi Gethæus cum omnibus militibus suis, totóque comitatu qui erat cum eo. 23 Flebat autem tota terra fletu magno, dum transiret universus populus: transivítque rex per torrentem Cedron: & transeunte universo populo super faciem viæ campestris; 24 Ecce Sadoc etiam sacerdotem & omnes Levitas qui secum erant, portantes arcam Dei: quin & Abithar ascenderat donec totus populus plenè transîsset è civitate. 25 Dixit autem rex ad Sadoc, Reduc arcam Dei in civitatem: fortasse clementiam nanciscar in oculis Domini, reducétque me, & ostendet mihi ipsam & habitaculum ejus. 26 Quòd si ita dicat; Non es mihi gratus, ecce adsum, faciat mihi prout bonum sibi videtur. 27 Dixit prætereà rex ad Sadoc sacerdotem, Revertere, vade in civitatem cum pace, tu & Ahimees filius tuus, & Nathan filius Abitharis, duo filii vestri vobiscum: 28 Et videte, ecce ego cunctaturus sum in planitie deserti, donec veniat aliquis à vobis, indicétque mihi. 29 Itaque reduxerunt Sadoc & Abithar sacerdotes arcam Dei in Jerusalem, ibíque manserunt. 30 Porrò David ascendebat per clivum oliveti: flens ascendebat, & tecto capite gradiebatur: itidémque totus populus qui erat cum ipso, tectis capitibus flentes ascendebant. 31 Cúmque indicâssent Davidi, ac dixissent ei; Rebellavit Ahitophel cum Abisalome, dixit David, Dominus irritum faciat consilium Ahitophelis. 32 Deinde cùm pervenisset David ad locum quendam ubi Deum adorabat, venit ad eum Husi Arcæus laceratâ tunicâ, & caput terrâ conspersus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 * قال الملك لاتي الجاتي * لماذا انت ايضا تخرج معنا * لا تخرج مع الملك * لانك غريب * وانما جيتنا من بلادك مستعفيا * 20 امس اتيتنا واليوم نكلفك ان تخرج معنا * انا منطلق حيث انطلق * ابق انت * وانزل اخوتك واصحابك نزولا حسنا * 21 اجاب اتي الجاتي وقال للملك * لا وحق الرب وحياة نفسك ايها الملك * اني لا ابقي ولا اتخلف عنك . ولكن في الموضع الذي يكون فيه الملك سيدي * موت كان فيه او حياة * هناك يكون عبدك * 22 قال داود لاتي * جز الان * وجاز اتي الجاتي * وجميع اصحابه * وكل العيال الذي كانوا معه * 23 وبكا جميع اهل الارض بكاء شديدا * وكان الشعب كلهم يجوزون * ثم جاز الملك وادي قدرون * وجاز الشعب كله واخذ طريق البرية * 24 واذا صادوق الحبر وجميع اللاويين معه * قد حملوا تابوت عهد الرب واتوا به معهم * وصعد ابيتار الحبر وقام حتي جاز الشعب كله وخرج من القرية * 25 قال الملك لصادوق الحبر * رد تابوت العهد الي القرية * لعل الرب يرحمني ويردني اليه * واراه في موضعه * 26 وان قال الرب * اني لم اهواك * فانا بين يديه * يصنع بي ما احب * 27 ثم قال الملك لصادوق الحبر * ارجع بسلام الي القرية انت واخيمعاص ابنك * وناتان بن ابيتار * يرجع ابناكما معكما * 28 وانظروا فاني انا مقيم في صحراء القفر حتي يجيني انسان من قبلكم * ويخبرني عما قبلكم * 29 ورد صادوق وابيتار الحبر تابوت الرب الي اورسليم * وجلسا هناك * 30 وصعد داود عقبة الزيتون * وكان يمشي راجلا * ويبكي ويصعد ماضيا * وكان راسه مغطا * وكذلك كان جميع الذين معه قد غطوا روسهم وهم يصعدون ويبكون * 31 فاخبروا داود وقالوا له * ان اخيتوفال قد عصي وصار مع ابشالوم * فقال داود * 32 الرب يبطل مشورة اخيتوفال ورايه * فلما جاء داود الي موضع اراد ان يسجد لله فيه * فاتاه حوسي الاركاني وقد مزق ثيابه وصير على راسه ترابا .

19 *Dixit rex ad Athi Gethæum, Quorsum tu etiam egrederêris nobiscum? ne egrediaris cum rege, quia tu peregrinus es, & quidem ad nos venisti de patria tua perfugium quærens.* 20 *Herì ad nos pervenisti, & hodiè incommodaremus tibi ut egrediaris nobiscum? ego proficiscor quocunque* tandem *profecturus sum: tu verò maneto, & fratribus atque comitibus tuis commodum ascisce domicilium.* 21 *Respondens Athi Getheus dixit ad regem, Nequaquam per Dominum, & per vitam animæ tuæ O rex, nullo modo manebo, nec deseram te: sed in loco in quo fuerit rex dominus meus, sive mors in eo fuerit, sive vita, ibidem erit servus tuus.* 22 *Dixit David ad Athi, Transi igitur: transivítque Athi Getheus, & omnes comites ejus, omnesque familiæ quæ erant cum ipso.* 23 *Fleverunt autem omnes incolæ terræ fletu vehementi, dum totus populus transiret: deinde transivit rex torrentē Cedron, transivitque totus populus, & carpsit viam deserti.* 24 *Tum ecce Sadoc sacerdos, omnesque Levitæ cum eo sublatâ arcâ fœderis Domini, attulerunt eam secum. Abithar etiam sacerdos ascendens substitit donec transiret universus populus & egrederetur ex urbe.* 25 *Ait rex ad Sadoc sacerdotē, Reduc arcam fœderis ad urbem: fortè miserebitur mei Dominus, & reducet me ad illam, & videbo eam in loco suo.* 26 *Quòd si dixerit Dominus, Non delector te, præstò quidem sum in conspectu ipsius, faciat mihi quicquid ipsi libuerit.* 27 *Tum dixit rex ad Sadoc sacerdotem, Revertere cum pace in urbem tu & Achimeas filius tuus, & Nathan filius Abitharis; revertatur uterque filius vester vobiscum:* 28 *Et videte, ego moraturus sum in solitudine campi, donec ad me veniat aliquis nomine vestro, meq; certiorē faciat de his apud quæ vos* agentur. 29 *Reduxerunt igitur Sadoc & Abithar sacerdos arcam Domini in Jerusalem, & manserunt illic.* 30 *David autem conscendit clivum olearum pedibus incedens, dumque ascendens progrederetur, flebat, & caput ejus erat opertum: eodemque modo omnes qui cum eo erant, operuerant capita sua, et ascendentes flebant.* 31 *Et nuntiaverunt Davidi, ac dixerunt ei rebellâsse Achithophelem, & ad Abisalomis* partes *accessisse: quapropter ait David, Irritū faciat Domin⁹ consilium & opinionem Achithophelis.* 32 *Cùm demum pervenisset David ad locum quendam in quo Deum adorare voluit, venit ad eum Husi Arcites discissis vestibus, impositoque capiti pulvere.*

שמואל ב : יו

enim in me super eris & , mecum transieris Si : David ei Dixitque
33 וַיֹּאמֶר לוֹ דָּוִד אִם עָבַרְתָּ אִתִּי וְהָיִתָ עָלַי לְמַשָּׂא׃
rex ego tuus Servus : Absalom ad dixeris &, revertaris civitatē in si Et
34 וְאִם־הָעִיר תָּשׁוּב וְאָמַרְתָּ לְאַבְשָׁלוֹם עַבְדְּךָ אֲנִי הַמֶּלֶךְ
;tuus servus *ego &* nunc *& ,tunc ex ego &* tui patris servus ,*ero*
אֶהְיֶה עֶבֶד אָבִיךָ וַאֲנִי מֵאָז וְעַתָּה וַאֲנִי עַבְדֶּךָ
,Sadoc ibi tecum non an Et .Achitophel consilium mihi *infringes* &
35 וְהֵפַרְתָּה לִי אֵת עֲצַת אֲחִיתֹפֶל׃ וַהֲלוֹא עִמְּךָ שָׁם צָדוֹק
domo de audieris quod ,verbum omne ,erit & ?sacerdotes Ebjathar &
וְאֶבְיָתָר הַכֹּהֲנִים וְהָיָה כָּל־הַדָּבָר אֲשֶׁר תִּשְׁמַע מִבֵּית
eis cum ibi Ecce .sacerdotibus Ebjathar & ,Sadoc indicabis ,regis
36 הַמֶּלֶךְ תַּגִּיד לְצָדוֹק וּלְאֶבְיָתָר הַכֹּהֲנִים׃ הִנֵּה־שָׁם עִמָּם
mittetis & :Ebjathar ipsi Jonathan &,Sadoc ipsi Achimahas,eorū filii duo
שְׁנֵי בְנֵיהֶם אֲחִימַעַץ לְצָדוֹק וִיהוֹנָתָן לְאֶבְיָתָר וּשְׁלַחְתֶּם
Chusai venit Et .audieritis quod verbum omne me ad eorum *manu in*
37 בְּיָדָם אֵלַי כָּל־דָּבָר אֲשֶׁר תִּשְׁמָעוּ׃ וַיָּבֹא חוּשַׁי
.Jerusalaim est ingressus Absalom & :civitatem in David amicus
רֵעֶה דָוִד הָעִיר וְאַבְשָׁלֹם יָבוֹא יְרוּשָׁלִָם׃

CAP. XVI. יו

Mephibosetb puer Sibah ecce & ;*capite* de paululum transierat David Et
1 וְדָוִד עָבַר מְעַט מֵהָרֹאשׁ וְהִנֵּה צִיבָא נַעַר מְפִיבֹשֶׁת
ducenti eos super & , stratorum asinorum *jugum* &,ejus occursum in
לִקְרָאתוֹ וְצֶמֶד חֲמֹרִים חֲבֻשִׁים וַעֲלֵיהֶם מָאתַיִם
Dixitque .vini uter & ,*fructus æstivi* centum & ,*sicci botri* centum & ,panes
2 לֶחֶם וּמֵאָה צִמּוּקִים וּמֵאָה קַיִץ וְנֵבֶל יָיִן׃ וַיֹּאמֶר
Asini : Siba dixitque ?tibi hæc Quid : Siba ad rex
הַמֶּלֶךְ אֶל־צִיבָא מָה־אֵלֶּה לָּךְ וַיֹּאמֶר צִיבָא הַחֲמוֹרִים
;*pueris comedendum ad* ,æstas & ,panis &,equitandū ad regis *domui*
לְבֵית־הַמֶּלֶךְ לִרְכֹּב וּלְהַלֶּחֶם וְהַקַּיִץ לֶאֱכוֹל הַנְּעָרִים
filius ubi Et :rex Dixitque .deserto in *lasso bibendum ad* ,vinum et
3 וְהַיַּיִן לִשְׁתּוֹת הַיָּעֵף בַּמִּדְבָּר׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ וְאַיֵּה בֶּן־
quia ,Jerusalaim in *manens* Ecce : regem ad Siba dixit et ?tui domini
אֲדֹנֶיךָ וַיֹּאמֶר צִיבָא אֶל־הַמֶּלֶךְ הִנֵּה יוֹשֵׁב בִּירוּשָׁלִַם כִּי
.mei patris regnum Israel domus mihi *restituent* Hodie : dixit
אָמַר הַיּוֹם יָשִׁיבוּ לִי בֵּית יִשְׂרָאֵל אֵת מַמְלְכוּת אָבִי׃
.Mephiboseth quæ omnia tibi Ecce : Sibah ad rex Dixitque
4 וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ לְצִבָא הִנֵּה לְךָ כֹּל אֲשֶׁר לִמְפִי־בֹשֶׁת
mi domine tuis oculis in gratiā inveniam ,me Incurvavi : Sibah dixit Et
וַיֹּאמֶר צִיבָא הִשְׁתַּחֲוֵיתִי אֶמְצָא־חֵן בְּעֵינֶיךָ אֲדֹנִי
vir inde ecce & :Bachurim ad usque David rex venit Et .rex
5 הַמֶּלֶךְ׃ וּבָא הַמֶּלֶךְ דָּוִד עַד־בַּחוּרִים וְהִנֵּה מִשָּׁם אִישׁ
,Ghera filius Simhi ejus nomen & ,Saul domus familia è *egrediens*
יוֹצֵא מִמִּשְׁפַּחַת בֵּית־שָׁאוּל וּשְׁמוֹ שִׁמְעִי בֶן־גֵּרָא
,David lapidibus in lapidabat Et *maledicens* &,egrediendo *egrediens*
6 יֹצֵא יָצוֹא וּמְקַלֵּל׃ וַיְסַקֵּל בָּאֲבָנִים אֶת־דָּוִד
potentes omnes & ,populus omnis & ;David regis servos omnes &
וְאֶת־כָּל־עַבְדֵי הַמֶּלֶךְ דָּוִד וְכָל־הָעָם וְכָל־הַגִּבֹּרִים
: ei *maledicendo in* Simhi dicebat sic Et .ejus sinistra à & ,ejus dextera à
7 מִימִינוֹ וּמִשְּׂמֹאלוֹ׃ וְכֹה־אָמַר שִׁמְעִי בְּקַלְלוֹ
te super Reddidit .*profectus sine* vir & ,sanguinum vir egredere ,Egredere
8 צֵא צֵא אִישׁ הַדָּמִים וְאִישׁ הַבְּלִיָּעַל׃ הֵשִׁיב עָלֶיךָ
deditque : eo pro regnasti quo Saul domus *sanguines omnes* Dominus
יְהוָה כֹּל דְּמֵי בֵית־שָׁאוּל אֲשֶׁר מָלַכְתָּ תַּחְתָּו וַיִּתֵּן
tu ecce Et .tui filii Absalom manu in regnum Dominus
יְהוָה אֶת־הַמְּלוּכָה בְּיַד אַבְשָׁלוֹם בְּנֶךָ וְהִנְּךָ
filius Abisai Dixitque .*tu* sanguinum vir quoniam ,tuo malo in
9 בְּרָעָתֶךָ כִּי אִישׁ דָּמִים אָתָּה׃ וַיֹּאמֶר אֲבִישַׁי בֶּן־
hic mortuus canis *maledicet* quid Ut : regem ad Serujah
צְרוּיָה אֶל־הַמֶּלֶךְ לָמָּה יְקַלֵּל הַכֶּלֶב הַמֵּת הַזֶּה אֶת
.ejus caput removebo & ,obsecro Transeam ? regi meo domino
אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ אֶעְבְּרָה־נָּא וְאָסִירָה אֶת־רֹאשׁוֹ׃

Versio VUL. LAT.

33 Et dixit ei David; Si veneris mecum, eris mihi oneri: 34 Si autem in civitatem revertaris, & dixeris Absalom; Servus tuus sum, rex: sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus: dissipabis consilium Achitophel. 35 Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcunque audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotibus. 36 Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathas filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. 37 Veniente ergò Chusai amico David in civitatē, Absalom quoque ingressus est Jerusalem.

CAP. XVI.

1 Cúmq; David transisset paululùm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum ejus, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ passæ, & centum massis palatharum, & utre vini. 2 Et dixit rex Sibæ, Quid sibi volunt hæc? Respondítque Siba; Asini, domesticis regis ut sedeant: panes & palathæ, ad vescendum pueris tuis: vinum autem, ut bibat si quis defecerit in deserto. 3 Et ait rex, Ubi est fili⁹ domini tui? Respondítque Siba regi; Remansit in Jerusalem, dicens; Hodiè restituet mihi domus Israel regnum patris mei. 4 Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixítque Siba; Oro ut inveniam gratiam coram te, domine mi rex. 5 Venit ergò rex David usque Bahurim: & ecce egrediebatur indè vir de cognatione domûs Saul, nomine Semei, filius Gera: procedebátque egrediens, et maledicebat, 6 Mittebátq; lapides contra David, & contra universos servos regis David: omnis autem populus, & universi bellatores, à dextro & à sinistro latere regis incedebant. 7 Ita autem loquebatur Semei cùm malediceret regi; Egredere, egredere, vir sanguinum, & vir Belial. 8 Reddidit tibi Domin⁹ universum sanguinem domûs Saul: quoniam invasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. 9 Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi; Quarè maledicit canis hic mortuus domino meo regi? vadam, & amputabo caput ejus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

33 Καὶ εἶπεν αὐτῷ Δαυίδ, (α) Ἐὰν μὲν διαβῇς μετ᾽ ἐμοῦ, ϗ ἔσῃ ἐπ᾽ ἐμὲ εἰς βάσταγμα. 34 Καὶ (β) ἐὰν ἐπιστρέψῃς ἐπὶ τὴν πόλιν, ϗ ἐρεῖς τῷ Ἀβεσσαλώμ, Διεληλύθασιν οἱ ἀδελφοί σου, ϗ ὁ βασιλεὺς κατόπισθέ (γ) μου διελήλυθεν ὁ πατήρ σου· ϗ νῦν παῖς σου εἰμὶ βασιλεῦ, ἔασόν με ζῆσαι· παῖς τοῦ πατρός σου ἤμην τότε ϗ ἀρτίως, ϗ νῦν ἐγὼ (δ) δοῦλος σός· ϗ διασκεδάσεις μοι τὴν βουλὴν Ἀχιτόφελ. 35 Καὶ (ε) ἰδοὺ ἐκεῖ μετὰ σοῦ Σαδὼκ ϗ Ἀβιάθαρ οἱ ἱερεῖς. ϗ ἔσται πᾶν ῥῆμα ὃ ἐὰν ἀκούσῃς ἐξ οἴκου τοῦ βασιλέως, ϗ (ζ) ἀπαγγελεῖς τῷ Σαδὼκ ϗ τῷ Ἀβιάθαρ τοῖς ἱερεῦσιν. 36 Ἰδοὺ ἐκεῖ μετ᾽ αὐτῶν δύο υἱοὶ αὐτῶν, Ἀχιμάας υἱὸς τῷ Σαδώκ, ϗ Ἰωνάθαν υἱὸς τῷ Ἀβιάθαρ· ϗ ἀποστελεῖτε ἐν χειρὶ αὐτῶν πρός με πᾶν ῥῆμα ὃ ἐὰν ἀκούσητε. 37 Καὶ εἰσῆλθε Χουσὶ ὁ (η) ἑταῖρος Δαυὶδ εἰς τὴν πόλιν, ϗ (θ) Ἀβεσσαλὼμ ἄρτι εἰσεπορεύετο εἰς Ἱερουσαλήμ.

MS.A. (α) Ἐὰν διαβῇς (β) ἐὰν εἰς τὴν πόλιν ἐπιστρέψῃς, ϗ (γ) μου, ϗ ἐλήλυθεν (δ) δοῦλός σου· (ε) ἰδοὺ μετὰ σοῦ ἐκεῖ Σαδὼκ (ζ) ἀναγγελεῖς (η) ἀρχεταῖρος (θ) Ἀβεσσαλὼμ εἰσεπορεύετο εἰς τὴν πόλιν. Καὶ

33 Et dixit ei David; Siquidē transcenderis mecū, & eris super me in onus. 34 Et si reverteris in civitatem, & dices ad Abessalom, (u) Transierunt fratres tui, & rex de post me transiit pater tuus: Et nunc puer tu⁹ sum, ô rex, permitte me vivere: puer patris tui erā tunc, & nuper, & nunc ego servus tuus; & (x) dissipabis mihi consilium Achitophel. 35 Et ecce ibi tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes. Et erit, omne verbum, quodcunq; audieris è domo regis, & annuntiabis Sadoc, & Abiathar sacerdotib⁹. 36 Ecce ibi cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, & Jonathan fili⁹ Abiathar. Et mittetis in manu eorum omne verbū, quodcunq; audieritis. 37 Et intravit Chusi amicus David in civitatem. Et Abessalom jam ingrediebatur in Hierusalem.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

1 ΚΑὶ Δαυὶδ παρῆλθε βραχύ τι ἀπὸ τῆς (α) Ῥώς, ϗ ἰδοὺ Σιβὰ τὸ παιδάριον (β) Μεμφιβοσθὲ εἰς ἀπαντὴν αὐτοῦ· ϗ ζεῦγος ὄνων ἐπισεσαγμένων, ϗ ἐπ᾽ αὐτοῖς διακόσιοι ἄρτοι, ϗ ἑκατὸν σταφίδες, ϗ ἑκατὸν φοίνικες, ϗ νέβελ οἴνου. 2 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Σιβά, Τί ταῦτά σοι; ϗ εἶπε (γ) Σιβά, Τὰ ὑποζύγια τῇ οἰκίᾳ τοῦ βασιλέως τοῦ ἐπικαθῆσθαι, ϗ οἱ ἄρτοι ϗ οἱ φοίνικες εἰς βρῶσιν τοῖς παιδαρίοις, ϗ ὁ οἶνος πιεῖν τοῖς ἐκλελυμένοις ἐν τῇ ἐρήμῳ. 3 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, Καὶ ποῦ ὁ υἱὸς τοῦ κυρίου σου; ϗ εἶπε (δ) Σιβὰ πρὸς τὸν βασιλέα, Ἰδοὺ κάθηται ἐν Ἱερουσαλήμ, ὅτι εἶπε, Σήμερον ἐπιστρέψουσί μοι (ε) οἶκος Ἰσραὴλ τὴν βασιλείαν τοῦ πατρός μου. 4 Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ (ζ) Σιβᾷ, Ἰδοὺ σοὶ πάντα ὅσα ἐστὶ (η) Μεμφιβοσθέ. ϗ εἶπε (θ) Σιβὰ προσκυνήσας, Εὕροιμι χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριέ μου βασιλεῦ. 5 Καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ ἕως Βαουρίμ. ϗ ἰδοὺ ἐκεῖθεν ἀνὴρ ἐξεπορεύετο ἐκ συγγενείας οἴκου Σαούλ, ϗ ὄνομα αὐτῷ Σεμεῒ υἱὸς Γηρά· ἐξῆλθε ἐκπορευόμενος ϗ καταρώμενος, 6 Καὶ (ι) λιθάζων ἐν λίθοις τὸν Δαυίδ, ϗ πάντας τοὺς παῖδας τοῦ βασιλέως Δαυίδ. ϗ πᾶς ὁ (κ) λαὸς ἦν, ϗ πάντες οἱ δυνατοὶ ἐκ δεξιῶν ϗ ἐξ εὐωνύμων τοῦ βασιλέως. 7 Καὶ οὕτως ἔλεγε Σεμεῒ ἐν τῷ καταρᾶσθαι (λ) αὐτόν, Ἔξελθε ἔξελθε ἀνὴρ αἱμάτων ϗ ἀνὴρ ὁ παράνομος. 8 Ἐπέστρεψεν (μ) ἐπὶ σὲ κύριος πάντα τὰ αἵματα τοῦ οἴκου Σαούλ, ὅτι ἐβασίλευσας ἀντ᾽ αὐτοῦ· ϗ ἔδωκε κύριος τὴν βασιλείαν ἐν χειρὶ Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ σου· ϗ ἰδοὺ σὺ ἐν τῇ κακίᾳ σου, ὅτι ἀνὴρ αἱμάτων σύ. 9 Καὶ εἶπεν (ν) Ἀβεσσὰ υἱὸς Σαρουΐας πρὸς τὸν βασιλέα, Ἵνα τί καταρᾶται ὁ κύων ὁ τεθνηκὼς οὗτος τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα; διαβήσομαι δὴ ϗ ἀφελῶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

MS.A. (α) Ῥοώς, (β) Μεμφιβοσθαὶ εἰς ἀπάντησιν (γ) Σιββά, (δ) Σιββὰ (ε) ὁ οἶκος (ζ) Σιββᾷ, (η) τῷ Μεμφιβοσθαί. (θ) Σιββὰ (ι) λιθάζων λίθοις (κ) λαός, ϗ (λ) αὐτόν, Ἔξελθε ἀνὴρ (μ) κύριος ἐπὶ σὲ πάντα (ν) Ἀβισαὶ

CAP. XVI.

1 ET David transiit breve quid à Rhos: & ecce Siba puer Memphibosthe in occursum ejus; et par asinorum constratorum, & super eos ducenti panes, & centum botri (a) passi, & centū (b) palmæ, et Nebel vini. 2 Et dixit rex ad Siba, Quid hæc tibi? Et dixit Siba, Subjugalia domui regis ad insidendum: & panes, & palmulæ in escam pueris: & vinum ad bibendum iis, qui lassati sunt in deserto. 3 Et dixit rex, Et ubi filius domini tui? Et dixit Siba ad regem, Ecce sedet in Hierusalem: quoniā dixit, Hodiè redire facient ad me domus Israel regnum patris mei. 4 Et dixit rex ad Siba; Ecce tibi omnia, quæcunq; sunt Memphibosthe. Et dixit Siba (c) adorans; Inveniam gratiam in oculis tuis, domine mi rex. 5 Et venit rex David usq; Baurim. Et ecce indè vir egrediebatur de cognatione dom⁹ Saul: et nomen ei Semei, filius Gera: egrediebatur egrediens, & maledicens, 6 Et lapidans in lapidib⁹ David, & omnes pueros regis David. Et omnis populus erat, et omnes potentes, à dextris, et à sinistris regis. 7 Et sic dicebat Semei in maledicendo eum; Egredere, egredere, vir sanguinum, et vir qui iniqu⁹. 8 Redire fecit super te Domin⁹ omnes sanguines dom⁹ Saul: quoniā regnâsti pro eo: Et dedit Domin⁹ regnū in manu Abessalom filii tui. Et ecce (d) tu in malo tuo; quoniam vir sanguinū tu. 9 Et dixit Abessa fili⁹ Sarviæ ad regem, Ut quid maledicit canis mortuus hic dominum meum regem? Transcendam nunc, et auferam caput ejus.

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

33 וַאֲמַר לֵיהּ דָּוִד אִם עֲבַרְתָּא עִמִּי וּתְהֵי עֲלַי לְמַטּוּל : וְאִם לְקַרְתָּא תְּתוּב וְתֵימַר לְאַבְשָׁלוֹם
34 עַבְדָּךְ אֲנָא מַלְכָּא אֲהֵי עַבְדָּא דַאֲבוּךְ וַאֲנָא מִבְּכֵן וּכְעַן וַאֲנָא עַבְדָּךְ וּתְקַלְקֵל לִי יָת מַלְכָּא
35 דַּאֲחִיתֹפֶל : וַהֲלָא עִמָּךְ תַּמָּן צָדוֹק וְאֶבְיָתָר כָּהֲנַיָּא וִיהֵי כָּל פִּתְגָמָא דְּתִשְׁמַע מִבֵּית מַלְכָּא
36 תְּחַוֵּי לְצָדוֹק וּלְאֶבְיָתָר כָּהֲנַיָּא : הָא תַמָּן עִמְּהוֹן תְּרֵין בְּנֵיהוֹן אֲחִימַעַץ לְצָדוֹק וִיהוֹנָתָן
37 לְאֶבְיָתָר וְתִשְׁלְחוּן בִּידֵיהוֹן לְוָתִי כָּל מִדַּעַם דְּתִשְׁמְעוּן : וַאֲתָא חוּשַׁי שׁוֹשְׁבִינָא דְדָוִד
לְקַרְתָּא וְאַבְשָׁלוֹם אֲתָא לִירוּשְׁלֶם :
יו
1 וְדָוִד עֲבַר זְעֵיר מֵרֵישׁ טוּרָא וְהָא צִיבָא עוּלֵמָא דִמְפִיבֹשֶׁת לְקַדְמוּתֵיהּ וְזוּג חֲמָרִין חֲשִׁיקִין
וַעֲלֵיהוֹן מָאתַן גְּרִיצָן דִּלְחֵים וּמְאָה אַתְכָּלִין דְּעִנְבִין יְבֵשִׁין וּמְאָה מְנָן דְּבֵילְתָא וְגַרְב
2 דַּחֲמַר : וַאֲמַר מַלְכָּא לְצִיבָא מָה אִלֵּין לָךְ וַאֲמַר צִיבָא חֲמָרַיָּא לְבֵית מַלְכָּא לְמִרְכַּב
3 וְלַחְמָא וּדְבֵילְתָא לְמֵיכַל עוּלֵמַיָּא וְחַמְרָא לְמִשְׁתֵּי דְּמִשְׁלְהֵי בְּמַדְבְּרָא : וַאֲמַר מַלְכָּא וְאָן
בַּר רִבּוֹנָךְ וַאֲמַר צִיבָא לְמַלְכָּא הָא יָתֵיב בִּירוּשְׁלֶם אֲרֵי אֲמַר יוֹמָא דֵין יְתִיבוּן לִי בֵּית
4 יִשְׂרָאֵל יָת מַלְכוּתָא דְּאַבָּא : וַאֲמַר מַלְכָּא לְצִיבָא הָא לָךְ כָּל דִּי לִמְפִיבֹשֶׁת וַאֲמַר צִיבָא
5 מוֹדֵינָא אַשְׁכַּח רַחֲמִין בְּעֵינָךְ רִבּוֹנִי מַלְכָּא : וַאֲתָא דָוִד מַלְכָּא עַד עַלְמַת וְהָא מִתַּמָּן גַּבְרָא
6 נְפַק מִזַּרְעִית בֵּית שָׁאוּל וּשְׁמֵיהּ שִׁמְעִי בַּר גֵּירָא נָפֵק מִפַּק וּמְלַטֵּט : וּמְרַגֵּם בְּאַבְנַיָּא יָת
7 דָּוִד וְיָת כָּל עַבְדֵי מַלְכָּא דָוִד וְכָל עַמָּא וְכָל גִּבָּרַיָּא מִימִינֵיהּ וּמִסְּמָלֵיהּ : וּכְדֵין אֲמַר שִׁמְעִי
8 בְּלַטָּטוּתֵיהּ פּוּק פּוּק גְּבַר חַיַּב קְטוֹל וּגְבַר רַשִׁיעָא : אֲתֵיב עֲלָךְ יְיָ כָּל חוֹבֵי בֵּית שָׁאוּל
דִּמְלַכְתָּא תְּחוֹתוֹהִי וְאַצְלַח יְיָ יָת מַלְכוּתָא בִּידָא דְּאַבְשָׁלוֹם בְּרָךְ וְהָא אַתְּ בְּבִישְׁתָּךְ אֲרֵי
9 גְּבַר חַיַּב קְטוֹל אַתְּ : וַאֲמַר אֲבִישַׁי בַּר צְרוּיָה לְמַלְכָּא לְמָא יְלַטֵּט כַּלְבָּא מִיתָא הָדֵין יָת
רִבּוֹנִי מַלְכָּא אֶעְבַּר כְּעַן וְאַעְדֵּי יָת רֵישֵׁיהּ :

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

33 Et dixit illi David: Si transieris mecum, & eris mihi oneri. 34 Et si ad urbem redieris, & dixeris Absalom; Servus tuus sum rex, fui servus patris tui ego tunc, sed & nunc ero servus tuus: infatuabis mihi consilium Ahhitophel. 35 Nonne tecum ibi erit Szadok & Abiathar sacerdotes? & erit omne verbum quod audieris ex domo regis, indicabis Szadok & Abiathar sacerdotibus. 36 Et ecce ibi cum eis duo filii eorum, Ahhimaghaz ipsius Szadok & Jehonathan ipsius Abiathar, & mitteris in manu eorum ad me omne quod audieritis. 37 Et venit Hhussai amicus David in urbem, & Absalom venit in Jerusalem.

CAP. XVI.

1 ET David transiit paululum à capite montis, & ecce Sziba puer ipsius Mephiboseth fit in occursum ejus, & par asinorum stratorum, & super illos ducentæ tortæ panis, & centum palmites uvarum *passarum*, & centum partes caricarum, & uter vini. 2 Et dixit rex ad Sziba: Quid ista tibi? & dixit Sziba: Asinæ pro domo regis ad equitandum, & panis & caricæ ut comedant adolescentes, & vinum ut bibat qui lassus fuerit in deserto. 3 Et dixit rex: Et ubi filius dñi tui? & dixit Sziba regi, Ecce sedet in Jerusalem; quia dixit: Hodie reddent mihi [*homines*] dom⁹ Israel regnum patris mei. 4 Et dixit rex ad Sziba: Ecce tua sunt omnia quæ habet Mephiboseth: & dixit Sziba adorans, Inveniam misericordias in oculis tuis dñe mi rex. 5 Et venit rex David usq; ad Ghalemeth, & ecce indè vir exibat de prosapia domus Saul, & nomen ejus Simghi filius Gera exibat exeundo & maledicebat. 6 Et lapidabat in saxis David & omnes servos regis David; & omnis populus & omnes robusti erant à dextra ejus & à sinistra ejus. 7 Et sic dixit Simghi cùm malediceret ei: Exi, exi, vir obnoxius morti, & vir improbe. 8 Reddidit Dominus super te omnia debita domus Saul, eò quòd regnâsti pro illo, & direxit Dominus regnum in manu Absalom filii tui, & ecce tu es in malitia tua, quia *vir* reus mortis tu es. 9 Et dixit Abisai filius Szarujah regi: Ad quid maledicet canis mortuus hic domino meo regi? transibo nunc & auferam caput ejus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

33 * ܐܡܪ ܠܗ ܕܘܝܕ. ܐܢ ܥܒܪܬ ܥܡܝ. ܬܗܘܐ ܥܠܝ ܠܡܘܥܢܐ. * ܐܠܐ ܗܦܘܟ ܠܡܕܝܢܬܐ.
34 ܘܐܡܪ ܠܐܒܫܠܘܡ. ܥܒܕܟ ܐܢܐ ܡܠܟܐ. ܘܥܒܕܗ ܕܐܒܘܟ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܘܗܫܐ ܐܢܐ ܡܠܟܐ. ܒܥܐ
ܐܢܐ ܡܢܟ. ܙܠ ܒܛܠ ܠܡܠܟܗ ܕܐܚܝܬܘܦܠ. * ܘܗܐ ܐܝܬ ܠܟ ܬܡܢ ܨܕܘܩ ܘܐܒܝܬܪ ܟܗܢܐ. 35
ܟܠ ܡܠܬܐ ܕܫܡܥܬ ܐܝܟ ܡܢ ܒܝܬ ܡܠܟܐ. ܚܘܝ ܠܨܕܘܩ ܘܠܐܒܝܬܪ ܟܗܢܐ. * ܘܗܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ 36
ܬܡܢ ܬܪܝܢ ܒܢܝܗܘܢ. ܐܚܝܡܥܨ ܒܪܗ ܕܨܕܘܩ. ܘܢܬܢ ܒܪ ܐܒܝܬܪ. ܘܫܕܪܘ ܒܐܝܕܝܗܘܢ
37 ܠܘܬܝ ܟܠ ܡܕܡ ܕܫܡܥܬܘܢ. * ܘܐܙܠ ܚܘܫܝ ܪܚܡܗ ܕܕܘܝܕ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܒܫܠܘܡ ܥܠ
ܠܐܘܪܫܠܡ. * ܦܨܠܐ * ܝܘ * ܘܕܘܝܕ ܥܒܪ ܩܠܝܠ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܕܣܓܕ ܬܡܢ. ܘܗܐ 1
ܨܝܒܐ ܥܠܝܡܗ ܕܡܦܝܒܘܫܬ. ܐܬܐ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܝܬܝ ܥܡܗ ܬܪܝܢ ܚܡܪܝܢ ܛܥܝܢܝܢ.
ܘܐܝܬ ܥܠܝܗܘܢ ܡܐܬܝܢ ܠܚܡܐ. ܘܡܐܐ ܕܒܠܬܐ. ܘܡܐܐ ܓܒܢܝܢ. ܘܙܩܐ ܕܚܡܪܐ. * ܐܡܪ ܠܗ 2
ܡܠܟܐ ܠܨܝܒܐ. ܡܢ ܐܝܟܐ ܠܟ ܗܠܝܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܨܝܒܐ. ܚܡܪܐ. ܕܢܫܩܠܘܢ ܛܥܘܢܐ ܕܒܝܬ
ܡܠܟܐ. ܘܠܚܡܐ ܘܓܒܢܐ. ܕܢܐܟܠܘܢ ܛܠܝܐ. ܘܚܡܪܐ. ܕܢܫܬܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܠܗܝܢ ܒܡܕܒܪܐ.
3 * ܘܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܐܝܟܐ ܗܘ ܒܪ ܡܪܟ. ܐܡܪ ܨܝܒܐ. ܗܐ ܝܬܒ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܡܪ. ܝܘܡܢܐ
4 ܢܗܦܟܘܢ ܠܝ ܒܢܝ ܝܣܪܝܠ ܡܠܟܘܬܗ ܕܫܐܘܠ ܐܒܝ. * ܐܡܪ ܠܗ ܕܘܝܕ ܠܨܝܒܐ. ܗܐ ܝܗܒܬ ܠܟ
ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܠܡܦܝܒܘܫܬ. ܐܡܪ ܨܝܒܐ. ܣܓܝ ܐܝܬ ܠܝ. ܐܫܟܚܬ ܪܚܡܐ ܒܥܝܢܝܟ
5 ܡܠܟܐ. * ܘܐܬܐ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ ܠܒܝܬ ܚܘܪܝܢ. ܘܢܦܩ ܡܢ ܬܡܢ ܓܒܪܐ ܚܕ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ
6 ܕܒܝܬ ܫܐܘܠ. ܘܫܡܗ ܫܡܥܝ ܒܪ ܓܪܐ. ܢܦܩ ܘܡܨܚܐ ܒܗ ܒܕܘܝܕ. * ܘܪܓܡ ܠܗ ܒܟܐܦܐ.
ܠܗ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ. ܘܠܟܠܗ ܥܡܐ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܡܢ
7 ܣܡܠܗ. * ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ ܫܡܥܝ ܠܕܘܝܕ. ܟܕ ܡܨܚܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܦܘܩ ܦܘܩ. ܓܒܪܐ
8 ܕܕܡܐ ܘܓܒܪܐ ܥܘܠܐ. * ܢܦܪܘܥ ܡܪܝܐ ܠܟ ܟܠܗ ܕܡܐ ܕܒܝܬ ܫܐܘܠ. ܕܐܡܠܟܬ ܒܬܪܗ. ܘܢܫܠܡܝܘܗ
ܡܪܝܐ ܡܠܟܘܬܟ. ܒܐܝܕܗ ܕܐܒܫܠܘܡ ܒܪܟ. ܘܗܐ ܐܬܦܪܥܬ ܒܒܝܫܬܟ. ܡܛܠ ܕܓܒܪܐ ܐܝܬ ܐܢܬ
9 ܠܡܢܐ ܡܨܚܐ ܗܢܐ ܟܠܒܐ ܡܝܬܐ. ܠܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܐܥܒܪ ܐܫܩܘܠ ܪܝܫܗ.
ܕܕܡܐ. * ܐܡܪ ܠܗ ܐܒܝܫܝ ܒܪ ܨܪܘܝܐ ܠܕܘܝܕ.

33 Cui dixit David, Si mecū transieris, eris mihi oneri. 34 Verùm revertere in civitatem, & dic Abisalomi, Servus tuus sum rex; & servus patris tui jam olim. Et nunc ego rex te deprecor, vade, irritum fac consilium Ahitophelis. 35 Ecce sūt illic apud te Sadoc & Abithar sacerdotes; quamcunque rem audiveris è domo regis, indica Sadoc & Abithari sacerdotibus. 36 En etiam illic erunt ambo filii eorum, Ahimees filius Sadoci, et Nathan filius Abitharis; per ipsos ad me mittite quicquid audieritis. 37 Abiit ergò Husi amicus Dauidis in civitatem: & Abisalom ingressus est in Jerusalem.

CAP. XVI.

1 PAululū recesserat David ab eo loco ubi adorabat, quum Siba famulus Mephibsathi venit in Jerusalem, adduxitque secum duos asinos onustos, quibus impositi erant ducenti panes, centū palathæ *ficuum*, centum casei, & uter vini. 2 Dixit rex ad Siba, Unde hæc tibi? Ait illi Siba, Asini *quidem* sunt ad ferendam sarcinam domûs regis; panis verò & casei, ut edant pueri; & vinum, ut bibant qui fatigati fuerint in deserto. 3 Dixit ad eum rex, Ubi est filius dñi tui? Ait Siba, Ecce sedet in Jerusalē, ac dicit; Hodiè restituent mihi filii Israel regnū Saulis patris mei. 4 Dixit David ad Siba, Tibi conceditur quicquid habet Mephibsath. Ait Siba, Multū mihi est nactū esse gratiā in oculis tuis rex. 5 Cùm autē pervenisset rex David usque ad Beth-hurim, egressus est illinc homo quidam de familia Saulitica, nomine Semei, fili⁹ Gera. *Is* procedens convitiabatur Davidi, 6 Et lapidib⁹ appetebat eū, eum *inquam* et omnes servos ejus, totum populum, omnésq; servos ejus qui erant ad dextram & ad sinistram ipsius. 7 Sic autem dicebat Semei Davidi cùm convitiaretur ei, Egredere, egredere vir sanguinarie & flagitiose. 8 Rependat tibi Domin⁹ totum sanguinem familiæ Saulis post quem regnâsti, tradátque Dominus regnum tuum in manum Abisalomis filii tui: jam ecce compensata est malitia tua, eò quòd sis vir sanguinarius. 9 Dixit Abisai filius Suriæ ad Davidem, Quarè convitiatur canis hic mortuus domino meo regi? transeam, & auferam caput ejus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

33 * قال له داود ان انت انطلقت معي صرت علي ثقلا * ولكن ارجع الي اورشليم وقل لابيسالوم * 34
انا عبدك ايها الملك وعبد ابيك قبلك * والان اطلب اليك ان تنطلق * وتبطل راي
35 احيتوفال ومشورته * وقد صيرت هناك عندك صادوق وابيثار الكهنين * فان معهم ابناهما * 36
37 احيماعص ابن صادوق وناثان بن ابيثار * ارسلوا الي معهما ما سمعتم من خبر * ورد داود حوشي
صديقه الي القرية * ودخل ابيسالوم الي اورشليم * * الفصل السادس عشر *
1 * فلما تنحى داود عن الموضع الذي سجد فيه قليلا * اتاه صيبا مملوك مفيبست * ومعه
2 حماران موقران * عليهما مايتا رغيف * ومايه جبنة * ومايه وعاء فيه تين * وزق من خمر * قال
الملك لصيبا * من اين لك هذا * قال له صيبا * جيت بالحمارين ليحمل عليهما الملك ما احب من
ثقله * والخبز والجبن لياكلوا الفتيان * والخمر ليشرب عبيدك الذين كدوا وتعبوا في البرية *
3 * قال له الملك * اين ابن مولاك * قال له صيبا هو باورشليم جالس يقول هل يرد علي بنو اسرايل
4 ملك ساوول ابي * قال داود لصيبا * قد وهبت لك كل شي لمفيبست * قال صيبا لي كثير وقد
5 ظفرت منك برحمة ايها الملك سيدي * فجاء داود الملك الي بيت حوريم * خرج من هناك
6 رجل من قبيلة ساوول اسمه سمعي بن جاري * خرج يفتري على داود * ويرجمه بالحجارة
ويشتمه * ويشتم جميع عبيده وشعبه * ويفتري على قواده الذين كانوا عن يمينه وعن يساره *
7 8 * وكان يقول سمعي في شتيمته لداود * اخرج اخرج ايها الرجل الاثيم السافك الدماء * يجزيك
الرب ويعاقبك بكل ذنب بيت ساوول الذي ملكت من بعده * ويدفع الرب ملكك الي
9 ابيسالوم ابنك * وقد كوفيت بشرك * لانك رجل سافك الدماء * ثم قال ابيشي بن صوريا
لداود * كيف اترك هذا الكلب الميت ان يشتم سيدي الملك * اجوز اليه فاخذ راسه *

33 Ait illi David, si tu mecum proficiscaris, eris mihi oneri. 34 Sed revertere in Jerusalem, & dic Abisalomi, Servus tuus sum O rex, & servus patris tui ante te. Itaque rogo te ut abeas, & mentem Ahithophelis ejusque consilium destruas. 35 Hac de causa illic apud te collocavi Sadoc & Abithar sacerdotes; 36 Cum quibus adsunt etiam duo filii eorum, nempe Ahimeas Sadoci filius, & Nathan filius Abitharis: per hos duos mittite ad me quodcunque nuntium audieritis. 37 Remisit ergò David Husi amicum suum in urbem, & Abisalom ingressus est Jerusalem.

CAP. XVI.

1 CUm recessisset David ab eo loco in quo paulisper adoraverat, venit ad eum Siba servus Mephibbasethi cum duobus asinis onustis, quibus impositi erant ducenti panes, centum casei, centum vasa plena ficubus, & uter vini. 2 Dixit rex ad Siba, Unde hæc tibi? Ait illi Siba, Adduxi hos duos asinos, ut iis imponat rex quod voluerit è supellectile sua; panis verò & caseus est, ut comedant pueri; vinum autem, ut bibant servi tui qui labore & lassitudine confecti sunt in deserto. 3 Dixit ad eum rex, Ubinam est filius domini tui? Respondit ei Siba, Sedet in Jerusalem, ac dicit, Forsan restituent mihi filii Israel regnum Saulis patris mei. 4 Dixit David ad Siba, Jam dedi tibi quicquid est Mephibbasethi. Respondit Siba, Multum habeo, cùm jam gratiam nactus sim apud te O rex mi domine. 5 Perveniente demum Davide rege ad Beth-horim, egressus est inde homo quidam de familia Saulis, nomine Semei, filius Gari: is egressus contumeliis afficiebat Davidem, 6 Lapidibus appetebat, & injuriis afficiebat eum, & convitiabatur omnibus servis ac populo ipsius, & maledictis incessebat duces ejus qui erant ad dexteram & ad sinistram ipsius. 7 Dicebat autem Semei dum contumelias vomeret in Davidem, Egredere, egredere O vir nefarie, sanguinum effusor. 8 Retribuat tibi Dominus, puniatque te pro omni culpa comissa in domum Saulis post quem regnâsti, tradatque Dominus regnum tuum Abisalomi filio tuo: tandem remuneratus es pro nequitia tua, cùm sis homo sanguinum effusor. 9 Tum dixit Abisai filius Suriæ Davidi, Quomodo paterer hunc canem mortuum contumeliis afficere dominum meum regem? transibo ad eum, & amputabo caput ejus.

? maledicat quia , Serujah filii vobis & mihi Quid : rex Dixitque
10 וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ מַה־לִּי וְלָכֶם בְּנֵי צְרֻיָה כִּי יְקַלֵּל
: dicet quis & ,David Maledic : ei dixit DOMINUS quia &
וְכִּי יְהוָה אָמַר לוֹ קַלֵּל אֶת־דָּוִד וּמִי יֹאמַר
omnes ad & ,Abisai ad David dixit Et ? sic fecisti Cur
11 מַדּוּעַ עָשִׂיתָה כֵּן׃ וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל־אֲבִישַׁי וְאֶל־כָּל־
quærens ,meis visceribus de est egressus qui ,meus filius Ecce : suos servos
עֲבָדָיו הִנֵּה בְנִי אֲשֶׁר־יָצָא מִמֵּעַי מְבַקֵּשׁ
, ei Dimittite ? Jemini filius nunc quia etiam & ; meam animam
אֶת־נַפְשִׁי וְאַף כִּי־עַתָּה בֶּן־הַיְמִינִי הַנִּחוּ לוֹ
respiciet Forsitan .DOMINUS ei dixit quia ,maledicat &
12 וִיקַלֵּל כִּי אָמַר־לוֹ יְהוָה׃ אוּלַי יִרְאֶה
pro bonum mihi DOMINUS reddet & : meum oculum in DOMINUS
יְהוָה בְּעֵינִי וְהֵשִׁיב יְהוָה לִי טוֹבָה תַּחַת
: via in ejus viri & ,David ibat Et .hac die ej' maledictione
13 קִלְלָתוֹ הַיּוֹם הַזֶּה׃ וַיֵּלֶךְ דָּוִד וַאֲנָשָׁיו בַּדָּרֶךְ
,maledicebat & , eundo ejus adverso ex ,montis costa in vadens Simhi Et
וְשִׁמְעִי הֹלֵךְ בְּצֵלַע הָהָר לְעֻמָּתוֹ הָלוֹךְ וַיְקַלֵּל
venit Et .pulvere in pulverabat & ,ejus regione è lapidibus in lapidabat &
14 וַיְסַקֵּל בָּאֲבָנִים לְעֻמָּתוֹ וְעִפַּר בֶּעָפָר׃ וַיָּבֹא
.ibi respiravit & ; lassi eo cum qui ,populus omnis & , rex
הַמֶּלֶךְ וְכָל־הָעָם אֲשֶׁר־אִתּוֹ עֲיֵפִים וַיִּנָּפֵשׁ שָׁם׃
, Jerusalaim in venerunt Israel vir populus omnis & ,Absalom Et
15 וְאַבְשָׁלוֹם וְכָל־הָעָם אִישׁ יִשְׂרָאֵל בָּאוּ יְרוּשָׁלִָם
Archites Chusai venit quando , fuit Et .eo cum Achithophel &
16 וַאֲחִיתֹפֶל אִתּוֹ׃ וַיְהִי כַּאֲשֶׁר־בָּא חוּשַׁי הָאַרְכִּי
Vivat : Absalom ad Chusai dixit & , Absalom ad David socius
רֵעֶה דָוִד אֶל־אַבְשָׁלוֹם וַיֹּאמֶר חוּשַׁי אֶל־אַבְשָׁלוֹם יְחִי
Ista : Chusai ad Absalom Dixitque .rex vivat , rex
17 הַמֶּלֶךְ יְחִי הַמֶּלֶךְ׃ וַיֹּאמֶר אַבְשָׁלוֹם אֶל־חוּשַׁי זֶה
? tuo socio cum ivisti non quid Ut ? tuo socio cum tua misericordia
חַסְדְּךָ אֶת־רֵעֶךָ לָמָּה לֹא־הָלַכְתָּ אֶת־רֵעֶךָ׃
,DOMINUS elegerit quem quia , Non : Absalom ad Chusai Dixitque
18 וַיֹּאמֶר חוּשַׁי אֶל־אַבְשָׁלֹם לֹא כִּי אֲשֶׁר בָּחַר יְהוָה
.manebo eo cum & ,ero non , Israel vir omnis & ,iste populus &
וְהָעָם הַזֶּה וְכָל־אִישׁ יִשְׂרָאֵל לֹא אֶהְיֶה וְאִתּוֹ אֵשֵׁב׃
Quemadmodũ ? ejus filii facies ad nonne ? serviturus sum ego cui , secunda Et
19 וְהַשֵּׁנִית לְמִי אֲנִי אֶעֱבֹד הֲלוֹא לִפְנֵי בְנוֹ כַּאֲשֶׁר
dixit Et .tuas facies ad ero sic ,tui patris facies ad servivi
20 עָבַדְתִּי לִפְנֵי אָבִיךָ כֵּן אֶהְיֶה לְפָנֶיךָ׃ וַיֹּאמֶר
.faciamus quid consilium vobis Date : Achitophel ad Absalom
אַבְשָׁלוֹם אֶל־אֲחִיתֹפֶל הָבוּ לָכֶם עֵצָה מַה־נַּעֲשֶׂה׃
,tui patris pellices ad Ingredere : Absalom ad Achitophel Dixitque
21 וַיֹּאמֶר אֲחִיתֹפֶל אֶל־אַבְשָׁלֹם בּוֹא אֶל־פִּלַגְשֵׁי אָבִיךָ
quod , Israel omnis audiet & : domum custodiendũ ad dimisit quas
אֲשֶׁר הִנִּיחַ לִשְׁמוֹר הַבָּיִת וְשָׁמַע כָּל־יִשְׂרָאֵל כִּי־
.tecum qui omnium manus roborabuntur &,tuo patri te fœtidum reddideris
נִבְאַשְׁתָּ אֶת־אָבִיךָ וְחָזְקוּ יְדֵי כָּל־אֲשֶׁר אִתָּךְ׃
est ingressus & : tectum super tentorium Absalom ipsi extenderunt Et
22 וַיַּטּוּ לְאַבְשָׁלוֹם הָאֹהֶל עַל־הַגָּג וַיָּבֹא
consilium Et .Israel omnis oculis in sui patris pellices ad Absalom
אַבְשָׁלוֹם אֶל־פִּלַגְשֵׁי אָבִיו לְעֵינֵי כָּל־יִשְׂרָאֵל׃ וַעֲצַת
quemadmodum illis diebus in consulebat quod Achitophel
23 אֲחִיתֹפֶל אֲשֶׁר יָעַץ בַּיָּמִים הָהֵם כַּאֲשֶׁר
, Achitophel consilia omne Sic .Dei verbo in vir interrogaret
יִשְׁאַל־אִישׁ בִּדְבַר הָאֱלֹהִים כֵּן כָּל־עֲצַת אֲחִיתֹפֶל
.Absalom ipsi etiam ,Davidi etiam
גַּם־לְדָוִד גַּם לְאַבְשָׁלֹם׃

Verſio VULG. LAT.

10 Et ait rex; Quid mihi & vobis eſt, filii Saruiæ? dimittite eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei ut malediceret David: & quis eſt qui audeat dicere, quarè ſic fecerit? 11 Et ait rex Abiſai, & univerſis ſervis ſuis; Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de utero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius Jemini? dimittite eum ut maledicat juxta 12 præceptum Domini; Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. 13 Ambulabat itaque David & ſocii ejus per viam cum eo. Semei autem, per jugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides adverſùm eum, terrámque ſpargens. 14 Venit itaque rex, & univerſus populus cum eo laſſus, & refocillati ſunt ibi. 15 Abſalom autem & omnis populus ejus ingreſſi ſunt Jeruſalem, ſed & Achitophel cum 16 eo. Cùm autem veniſſet Chuſai Arachites amic' David ad Abſalom, locutus eſt ad eum; 17 Salve rex, ſalve rex. Ad quem Abſalom, Hæc eſt, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quarè non iviſti cum amico tuo? 18 Reſponditque Chuſai ad Abſalom, Nequaquám: quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & univerſus Iſrael, & cum eo mane-19 bo. Sed ut & hoc inferam, cui ego ſerviturus ſum? nónne filio regis? ſicut parui patri tuo, 20 ita parebo & tibi. Dixit autem Abſalom ad Achitophel, Inite conſilium quid agere de-21 beamus. Et ait Achitophel ad Abſalom; Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendam domum: ut cùm audierit omnis Iſrael quòd fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eo-22 rum. Tetenderunt ergò Abſalom tabernaculum in ſolario, ingreſſúſque eſt ad concubinas patris ſui coram univerſo Iſ-23 rael. Conſilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum: ſic erat omne conſilium Achitophel, & cùm eſſet cum David, & cùm eſſet cum Abſalom.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

